

unam monstrantiam decem marcarum pro utilitate capellae cum praedicta pecunia procuravi et cum reliqua pecunia etc. an land und korn^a rente gelacht.

Etiam sciant, quod reclusorium sancti Benedicti, quod erat ligneum tempore successorum^b meorum, sub propriis expensis et iuvamine bonorum hominum lapideum aedificare feci, et tunc etiam inclusa Christina¹ nomine subsidium de propriis eleemosinis ad praedictum aedificium fecit. Et dotem capellae non inhabitavi, quia propriam domum haereditariam meliorem habui iuxta portam inferius. Sed tempore Maii et aestivalis quia est solatior aliquando cum amicis et hospitibus meis caenavi et servitores mei aliquando superius dormierunt². Et etiam per tempus aliquod concessi uni presbitero vocatus Gerardus de Attendorn³, qui eam nomine meo inhabitavit. Et tempore meo crux lignea superius fixa fregit, quam semper reparare disposui, sed eam non inhabitavi, quare oblivioni tradidi⁴.

Item tempore meo proconsules civitatis Tremoniensis crucem plumbeam^c cum ventilagine^d, quae erat fixa supra tectum capellae, deponere et frangere iusserunt, et amplius ibi crucem supra tectum non velle habere dixerunt. Et etiam pars turris capellae versus civitatem tendens fuit aperta, ut eo melius campanae capellae in civitate audirentur, quam partem turris contra voluntatem meam obstruere fecerunt, et etiam crucem deposuerunt, quae erat fixa supra chorum capellae, et aliam reponere noluerunt, ut possent dicere, quod non esset capella et privarent eam libertate sua. Quam abusionem cum vidi, in nullo amplius capellam promovere proposui. Sed semper prius fui in bono proposito meliorandi et promovendi capellam in omnibus et omnia annihilata^e renovare, sed cum istam infacetiam in eis vidi, me ab omnibus promotionibus abstraxi, et ideo tamen conscribere feci et hoc, si aliquis successorum unquam movere vellet, quod tamen scirent ius capellae et quomodo capella ante tempora se habuit. Sed tamen providentia in uno facto utebar^f tempore meo, quo feci reclusorium aedificare lapideum et frangere feci cum consensu episcopi⁵.

Anno 1352 habuit civitas magnam guerram maximamque discordiam cum comite de Marca, sic quod comes de Marca

a) B 'korn' fehlt. b) So ABC statt 'praedecessorum'. c) C 'publicam'. d) ABC 'ventilagine' statt des sonst gebräuchlichen 'ventiligio'. e) B 'innihilata'; C 'inviolata'. f) AB 'utebatur'.

1) Diese Recluse Christina vermachte im J. 1377 nach langjährigem Aufenthalte in der Klause ihr Vermögen der Benediktskapelle (Fahne, UB. II¹, N. 156). 2) Vgl. damit die Behauptung des Raths der Stadt bei Fahne IV, S. 264 n. 3. 3) Diesen Gerardus kann ich nicht nachweisen. 4) Vgl. hierfür und für das Folgende die Einleitung S. 499 f. 5) Vgl. S. 536.